



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Stephani Thevpoli Bened. F. Patric. Veneti,  
Academicarum Contemplationum Lib. X**

**Piccolomini, Francesco**

**[Basel], 1590**

**VD16 ZV 12463**

Mvndum esse animatum. Cap. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12918**



STEPHANI THEVPOLI,  
 BENEDICTI F. PA-  
 TRITII VENETI,  
 ACADEMICARVM  
 Contemplationum,  
 LIBER QVINTVS.  
 DE ANIMA MVNDI, ET  
 Sphærarum.

*Mundum esse animatum.*

CAP. I.

**N**il in corpore est pretiosum, nil il-  
 lustre, & præclarum sine vita; nec  
 vita vlla, sine anima cōsistere va-  
 let. Cū itaque vniuersi corpus,  
 omnium consensu, sit præstan-  
 tissimum; iure merito anima præditum iudi-  
 cari debet; & ea quidem præstantissima. Plu-  
 rima conspiciuntur corpora, quæ cū sint v-  
 niuersi particulæ satis obscuræ, & viles; attā-  
 men sunt anima præditæ: quare insipientis est  
 putare mundum, quod est corpus absolutissi-  
 mum, & vniuersum, anima carere. Plurima in  
 mundo

mundo apparent opera vitalia; omnes eius partes dicuntur plenæ animæ: est itaque mundus anima, & ea quidem præclarissima decoratus. Nec secus profectò sese habere potest: nam quomodo vniuersum continenter ex se in orbē cieretur, nisi in eo anima reperiretur, quæ motus eius esset principium? Quomodo differentiæ positionis, & præsertim dextrum, & sinistrum, ei conuenirent, si anima careret? Quomodo propria clauderetur figura, nisi à præcipua aliqua, sibi que propria anima terminaretur? Ac demum, qua ratione homo diceretur mundus paruus; præsertim, quia in eo anima dominatur, cuncta mouet, & rectè disponit; nisi etiam in magno vna anima, vnaque vita, cuncta ligans, & disponens inueniretur? Prætereà, cum mundus sit vnus; cum mirus in eo, ac in eius partibus appareat consensus; cum omnia in eo accuratissimè perficiantur, quæ per opificis prouidentiam disponuntur; & hæc sine communi anima seruari non possint; iurè anima mundi concedenda est. Proptereà rectè Stoici mundi animam posuerunt: errarunt tamen, quia nil supra corpus excogitantes, animam quoque esse corpus existimarunt. Rectiùs Plato post Deū, & Mentem, Animam mundi reperiri asseruit, à Mente, & Deo distinctam; & vsque ad eam, diuinitatis conditionem descendere censuit, vt in epist. asseruit. Proptereà etiam rectè in Philebo dixit; Mundi corpus animam habere

necesse est, cum contineat ea, quæ nostrum continet corpus, & præstantiora. Proclus etiã in Timæum asseruit; Opifex omnium, componens vniuersum hoc, animans esse voluit; anima, & intellectu præditum: nam pulchrius existimabat esse animatum quodcūque, quàm inanimatum; intellectuque præditum, non intelligente. Diuinus Iamblicus in lib. de Mysteriis affirmavit Mundum esse animal; in quo partes, quamuis loco distantes, tamen propter naturam vnã inuicem ad se feruntur. Hanc mundi animam eleganter simul, & doctè Platonius Poeta descripsit inueniens:

*Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus  
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

*An Mundi Anima distinguatur à DEO.*

CAP. II.

**C**onuenerunt profectò illustriores Philosophi in statuendo mundo animato. Verùm quænam sit hæc mundi anima, & quomodo se habeat ad Deum, nõ eodem modo explicarunt. Nam, vt cæteros præteream, Arist. animam Mundi minime seiunxit à Deo: ipse enim in octauo Physic. & in 12. Metaphys. Deum statuit motorem primum: illum in 8. Phys. 84. in 12. Metaph. 43. nuncupauit motorem totius, quatenus ab eo pèdet motus diurnus, qui per vniuersũ diffunditur; nec vnquam in cœlo, vel in vniuerso,  
com.